



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**REPERTO||RIVM LIBRORVM TRI||VM IOANNIS BOEMI DE
OM||NIVM GENTIVM RITIBVS,||**

Boehme, Johann

Augustæ Vindelicorum, 1520

VD16 VD16 B 6316

De Hungaria, Hungarorumq[ue] viuendi institutis. Caput Decimum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98144)

lonia dicitur: altera Hungariae ac Russiae obiecta minor vocatur. Regnum vniuersum in quatuor velut regiones diuisum, quas in orbem Rex quotannis inuisit, singule ternis mensibus alunt Regem, regiumque comitatum: caeterum si casu concilioe is in vna regni parte diutius esse perseuerauerit, nihil debetur ipsi amplius. In Cracouia celebri & amplissima vrbe regia est, totiusque regni gaza. caeterae ciuitates parum nitidae sunt: ex maceria domus fere omnes compositae, pleraque luto collinitae, plaga regionis nemorosa. Gens in vniuersum prudens, multaque comitate in hospites: bibacissimum genus hominum, vt totus septentrio, sed rarus vini vsus: ignotusque genti omnis vinearum cultus: factitiua ex tritico, aliisque generibus seminum potio in vsu est: solum ferax, triticique abundans: Est & pascuis idoneum, armenta late pascuntur: venatio multiplex: equus syluester ceruino cornu, bos ferus Vrum Rhomani vocant. Plumbum duntaxat ex omnibus metallis fodiunt Poloni, & salem saxorum duritie: nullumque toto regno vberius vectigal: mellis copia tam ingens, vt non satis illis atque Ruthenis loci super sit, quibus illa recondant: arbores namque omnes & syluae aluearibus mellificantium nigricant. Literarum figuratio ex gentili & graecanico mixta: promiscuus & fidei ritus inter Rhomanum & Graecum: virorum & mulierum vestitus Graecanico similis.

Polonia duplex maior & minor

Cracouia Poloniae regia

Gens polonica prudens & comis.

Potus ceruissia

Salisfodinae.

Mellis vectigal

Literae Fidei ritus Vestitus.

De Hungaria, Hungarorumque viuendi institutis. Caput Decimum.

Hungaria nunc sane ea regio est quae olim Pannonia fuit, licet haec hodie ipsius fines totum non impleat, nec tam late quondam patuit, quam hodie Hungaria. Enimvero a Laytha flumine inferiorem tantum Pannoniam usque ad Sauum amnem complexa, ultra Danubium Poloniam attingit, terramque complectitur, quam Gepidae & Daci tenuerunt: patetque Imperium gentis multo latius quam terrae nomen. Erat haec terra, vt prisca rerum scriptores habent, nouem circulis, quos hagas Germanica lingua dicimus, circumdata, quorum singuli ita stipitibus quernis siue fagineis vel abiegnis extructi erant, vt de margine ad marginem viginti pedum spacium tenderent in latum, totidem erigeretur in altum: ciuitas autem vniuersa aut durissimis lapidibus aut tenacissima Creta repleretur: porro superficies vallorum eorundem integerrimis cespitibus tegeretur. Inter quorum confinia arbusculae plantatae erant, quae abscae proiectaeque vt plurimum herbas & frondes proferebant. De primo autem circulo ad secundum viginti miliaria Teutonica protendebantur, & inde totidem ad tertium, & ita usque ad nonum, quamuis alius alio semper contractior erat. Intra hos aggeres vici villaeque ita constitutae vt ab vna ad aliam vox hominis audiretur. aedificia validissimis muris praemunita: portae non satis latae propter hanc causam vt per eas latrocinandae gratia quaque versus exire ingredique facile possent: Tubatum clangore

Hungariae fines.

Gepidae & Daci

De oim gentiũ ritibus.

Pannones re vnus circulus alteri cuiusque rei certa signa glabat. Pannones ab initio
Peones eam terram tenuerunt, Pæones olim dicti, inde Huni habuere, gens Scythica
Huni Mox Gothi ex insulis Germanici oceani profecti, post Gothos Longobardi
Gothi ex Scandinauia etiam oceani insulã: nouissime Hungari ex alia Hungaria
Longobardi Scythica egressi, quæ non longe a Tanais ortu extat. Et iuhra hodie dicitur:
Hungari. misera adhuc regio, vtpote sub frigidissimo cœlo iacens duci Moscouiẽ tri-
Hungaria butaria, Non tamen aurum argentumue, quibus omnino carent, sed precio-
Scythica sas animalium pelles Sabellorum scismorumq; pendunt homines. Nõ arant
 non seminant, neq; panes habent: ferarum carnibus & piscibus vescuntur:
 aquam potant: sub tugurijs ex virgultis contextis inter densas syluas humili-
 ter habitãt. vnde fit vt hoĩes syluestribus feris cõmorantes, vestimentis se nõ
 laneis neq; lineis induant, sed pellibus nuper aut lupõ aut ceruo visoue de-
 tractis. Solem, lunam, astraq; alia alij adorant & quicquid eis primum occur-
 rit. Propriam linguam habent. Corallia piscantur & balenas, ex quarum cu-
 te rhedas bursasq; faciunt: axungiam pro impinguatione seruata[m] exteris na-
 tionibus vendunt. Mediocris tumoris montes ad eam partem qua oceano
 incumbit habet, quos pisces quidam Mors vocati dentibus se promouendo
 scandentes, dum superiora nacti vterius nituntur præcipites decidunt &
 moriunt, eos illi colligunt eduntq;: dentes quos lato[s] & albos valde habent
 reseruant, & mercatoribus pro mercibus alijs permutant. Manubria cultel-
 lorum ex illis optima parantur. Habet Hungaria nostra ad occasum Austriã
Fines Hun- & Boemiam, ad meridiem Illirici partem, quæ Adriatico est pelago obuersa
garie Ad orientem solem Seruiam, quam Triballi & Misij tenuerunt, nunc a qui-
 buldam Sagaria vocatam, ad arctum & boream Poloni, Moschiq; finitima.
Buda vrbs Vrbs regia est Buda, a Bada Athilẽ fratre appellata. Ager regioñis quatenus
regia. colitur tritico fertilis est. auro atq; argento diues. Mirum est quod indigenæ
Mirabilisflu- narrant esse in Pannonia riuum, in quo si sæpius ferrum mergatur Cuprum
uij natura fieri. Viri vestes superne excuant, circa interscapilium, linea subtus tunica,
Vestit⁹ hum- circa collum & humeros quodamtenus apparens, quam partem serico & au-
gariõ. ro fere omnes exornant, indifferens in caliga, cothumo superinducto: capil-
 los inungunt, concinnantq;: lineo galericulo contegunt, raroq; nec nisi in
 otio resoluunt, qui mos & a plariscq; Germanis obseruatur. Muliebris vesti-
Muliebr⁹ hun- tus strictior, & ad collum subductus, vt omnia tegantur, tantum lineæ tuni-
garõ: habi- culæ ora emineant preciosissime ornata: vestibus togam superinducunt, se-
tus. rico caput aut lineo componunt velamine, ac præter oculos & nasum cætera
 fere abscondunt: gemmis & margaritis vulgo viuuntur. Cothumiq; caleant
Funeris lu- viri foemineq; ad media crura inducto, annum lugent defunctos, & quosdã
cus biennio, Barbam rasant, præterq; superiore labro. Orthodoxæ fidei cultus
 ex lege iudicant. Est & alia iudicij ratio, si causa anceps sit, nec aliter liquere
Certamine possit, lis ferro decernitur, reus & actor dimicant. Rex aut qui regis vicem
singulari cõ- gerit spectat, iudicatq; secundum eum qui superior fuerit. satis vicisse cre-
trouersæ di- dunt, cuius aduersarius aut pugnam cunctatus inibit, aut lineis areæ, quibus

pugnæ locus circumscribitur, exciderit. Qui ex equo dimicant lancea prius, dein gladio vtuntur. Pedites, præter verenda, cætera nudi pugnant. Suus genti sermo, etsi Boemo non multum ab similibus. Habent & priuas literas, sed Rhomanis libentius vtuntur. Ferox hominum genus, & in bello validum, equestri prælio magis quàm pedestri idoneum. Regis Imperio parent, aut Regijs ducibus. Cataphraito equite in bello vtuntur, & leui armatura, sed parcius omnino, turmatim confligunt, non tamen toto agmine. Nulla gens Christiani nominis Turcarum arma magis exercuit. Nulla ab his rursus magis exercita est, adeo paribus animis variorumq; euentu est semper vtrinque bellatum. Alia Hungaria, quæ huius mater est, linguaq; & moribus pene adhuc illi similis, ritu Barbarico viuunt, idolis seruiunt.

Hungarorum
pugnandi ratio.
Sermo
Literæ

Ferocitas Hungarorum

De Boemia & moribus Boemorum.

Caput Vndecimum.

Boemia Regio, Germaniæ limitibus inclusa, aquilonis flatibus obiacet, Hungaria illi orientalis est, australis Bauaria, Noricus ager occiduus, Polonia borealis. Latitudo eius longitudini fere paritrium forte dierum iter. Sylua Hercynia tanquam natiuo muro vndique cingitur. Albi fluvio media irrigatur, atque quodam alio Multauiâ nomine, ad cuius ripam Braga sita est amplissima vrbs & totius regni caput. Soli ordei & tritici ferax, paulo pecore atque piscibus abundat, olei sterilis est, quemadmodum Germania ipsa: vinum non omnino caret, ceruisiam optimam facit, quæ Viennam vsque Austriæ vehitur. Boemi Germanis licet vndique circumsepti sint Germanica tamen lingua non loquuntur, Dalmatarum aduentu Teutonice illinc pulsa. Etenim in eorum annalibus reperitur, fratres duos ex Croatiae populis egressos alterum in Boemia, alterum in Polonia confedisse, mutasseque & gentibus prioribus linguam & terras nomina Volaterrano auctore. Mos vetus & Germanica lingua a plerisque in hanc vsque diem obseruantur. In templis enim plæbes sermone Teutonico docentur, in cœmiterijs Boemico. Solis mendicantibus olim libertas fuit, qua vellent lingua populos instruere. Nullæ genti leges sunt, nulla sanctiora instituta, quodlibet licet, quippe Christianæ fidei non solum non cultus, vt qui Vualdensium sectam amplexi tumentur, tum auorum nostrorum memoria Hussitarum veneno infecti, Orthodoxæ fidei cultum parum hodie integre custodiunt. Rhomanum pontificem in ordinem redigunt, negantque cæteris Antistitibus augustiorem esse ac venerabiliorem, inter sacerdotes nullum discrimen ducentes. Presbyterum non dignitatem, sed vitæ meritum efficere potior em. Animas corporibus excedentes aut in æternas euestigio pœnas demergi, aut perpetua consequi gaudia, purgatorium ignem non inueniri, quo aliquando ex-

Boemiæ limites

Hercynia silua
Albis
Multauiâ
Braga vrbs
regia
Ceruisia Boemica cœmē datur
Sermo.

Lingua Germanica in Boemia

Vualdenses

Errores Boemorum.

Sacerdotes æquant Boemi